



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Quotidiana Christiani Militis Tessera**

**Stanyhurst, Guillaume**

**Coloniæ Agrippinæ, 1710**

I. Dies Novembris. Quem delectat alicujus Sancti meritum, delectare debet  
par circa cultum Dei, obsequium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45477**

Octob.  
Novemb.

Tessera.

869

## I. DIES NOVEMBRIS.

Quem delectat alicujus Sancti meritum, dele-  
ctare debet par circa cultum Dei, obse-  
quium. S. Chrysost. serm. de Martyr.

Solennitas Sanctorum  
dum rotundum nobis patefacit ad San-  
ctorum, ubi sanctus Do-  
minus, & laudabilis, & mirabilis in Sanctis suis,  
immensa pompa gloriae, nobis, ut sancti sumus,  
admirans, illis, quia sancti fuerunt, ostentat. Simus  
nos Christiani, ut olim viri (a) Galilai ad montem  
Oliveti, aspicientes in cælum. Jam claugenti sonore re-  
sonat per universam terram, Apostolica illa tuba :  
(b) Quæ sursum sunt, quærite, quæ sursum sunt, sapite,  
nonque super terram. (c) Illa, quæ sursum est Jerusalem,  
clamat ad nos, qui sumus in medio Babylonis : sur-  
sum corda: oculi, manus, os, vultus, mens, vo-  
luntas, omnia hodie sunt sursum, ut de nullo no-  
strum dicatur illud Christi: (d) Vos de deorsum estis:  
nemo hodie audiat vocem illius, cuius mansio est in  
interno deorsum, (e) mitte te deorsum, sed sursum  
sunt nostra corda & desideria, ubi nobis parata sunt  
præmia, ut tamen eo, quod par est, cultu, celebre-  
mus hanc Solennitatem, & ut simul cum triumphante  
Ecclesiâ, & nos triumphemus lætitia, debet hæc  
Solennitas Sanctorum, nobis esse exhortatio ad  
Sanctitatem. Par nobis erit in cælis gloria, si cum  
illis hic in terris paria fuerint, & nostra opera :

III 3 qui

(a) Act. I. II. (b) Coloss. 3. (c) Gal. 4. 26. (d) Joan.  
8. 23. Eccles. 51. 9. (e) Matth. 4. 6.

DIES

qui ergò Santos laudamus, & nos eos imitando, redam  
damus laudabiles. Id ipsum afferit hodiernæ tellæ  
auctor: (a) Si ideo Santos diligimus, quod in ipsis p[ro]f[ess]i  
tiam, si demque suspicimur, possumus nos quoque esse quod  
si faciamus ipsi, quod fecerunt illi.

II. Sed cùm nobis hodie pateat per Santos ad celum aditus, penetremus cogitando cælorum aditu[m]. O quale regnum! si Deo servire, regnare est, quid est  
Deo potiri? Deo frui? Deo dominari? quis totit[er] ræ dominatus est unquam? quis insuper cælo? qui  
toti mundo? ô Anime! cælo, terra, mundo Deo po-  
titur Aima, quæ ibi regnat, ô Regnum, ubi quo ho-  
mines, tot sunt Reges, in quo nec est, nec accedit, ul-  
lum malum: non hyems, non æstus, sed ver perpetuum, non fames, non sitis, sed plena satietas, non mor-  
bus, non ægritudo, sed certa sanitas: non labor, non  
fatigatio, sed vera quies, non paupertas, non indi-  
gentia, sed rerum affluentia: in quo nulla cupiditas,  
ambitio nulla, nullæ Dæmonum insidiæ, nullæ  
quei, nullæ tentationes, nulla mortis apprehensio,  
nullus judicij timor, nullus inferni metus, nullum  
peccatum, nec ullum peccandi periculum. O Reg-  
num, in quo est omne, & summum bonum, summa felicitas, felix securitas, secura æternitas, ubi  
summa delectatio, beatitudo, satietas, torrens  
mare, pelagus, abyssus gaudii, & felicitatis, ô  
mansio secura! ô patria fertilis! Regnum cuius  
vinculum est pax, concordia, charitas, quam ita dif-  
fundit Deus, ut quidquid felicitatis unus possidet ci-  
vium, alter obtineat, dum alterius gaudet bono alter,  
habetque tot gaudia, quot amicos; igitur habet gau-

(a) *Supra.*

(a)

Novemb.  
nitando, ted  
ernæ tellera  
l in ipsius judi  
esse quodam  
mados ad ce  
orum adiu  
est, quidem  
quis toti te  
cœlo? qui  
do Deo po  
bi quo no  
acceditur.  
er perpetua  
s, non mor  
i labor, non  
, non indi  
cupiditas,  
, nullile  
prehensio  
s, nullum  
O Reg  
bonum,  
ernitas, ubi  
torrens  
itatis, o  
um cuius  
m ita dif  
offidet ci  
no alter,  
abet gau  
dia

Ita omnia, quia est amicus omnium. O Regnum! Æ  
summa felicitas? per quam intellectus capacitas non  
suum expletur, sed submergitur, voluntatis aviditas  
non solum satiatur, sed ineptiatur; amplitudo me-  
moriae, gloria Divinæ Majestatis sic occupatur, ut  
nihil habeat nisi Deum cogitare. Hunc intellectus  
amplectitur, voluntas stringit, uterque possidet.  
Huc amor, lætitia, jucunditas, quid enim melius  
summo bono? quid delectabilius, deliciarum tor-  
rente? quæ vita suavior, quam secura, felix, æter-  
na? vivere cum Deo, vivere de Deo, qui per se  
sufficit, extra quem nihil verè est: in quo totum in-  
venitur.

III. Denique ibi erit Deus, (a) omnia in omnibus,  
ut benè. S. Augustin. (b) hic aurum quod est, non potest  
tibi esse argentum, quod vinum est, non potest tibi esse pa-  
tu: quod tibi lux est, non potest esse potus: Deus tuus ta-  
tam tibi erit, manducabis eum, ne esurias, bipes eum, ne  
fias: illuminaberis ab eo, ne sis vacuus: fulcieris ab eo, ne  
deficias, possidebit te totum integrum, totus integer. Angu-  
luss ibi non patieris cum eo, cum quo totum possides: totum  
habebis, totum, & ille habebit, quia tu, & ille unum eri-  
t. Appositè item S. Hieronymus, (c) quod Apostolus  
sit ut sit Deus omnia in omnibus, hoc sensu accipien-  
dum est. Dominus ac Salvator noster, nunc omnia non est  
in omnibus, sed pars in singulis, verbi gratia: in Salomo-  
ne sapientia, in Davide bonitas, in Job patientia, in Danie-  
le cognitio futurorum, in Petro fides, in Paulo zelus, in  
Joanne virginitas; in ceteris aatera: cum autem rerum  
omnium finis advenerit, tunc omnia in omnibus erit, ut  
singuli, Sanctorum omnium virtutes habeant, ut sie

Iii 4

Chri-

(a) I Cor. 13. (b) In psalm. 36. conc. 1. (c) Ep. ad Anand.

*Christus totus in cunctis : Hæc omnia velut tu auro  
sigillo, hoc poëmate obsigno :*

*Regnum cœlorum, requies est plena bonorum ;  
Nil ibi deficiet, Deus omnibus omnia fiet.*

## 2. DIES NOVEMB.

Peccator prudens erit in pœna, qui stultus fuit in cul-  
pa. S. Gregorius l. 5. Mor. c. 13.

Pietatis officio I.  
defungeris, nisi  
succurras defunctis,

**Q**Uæ una est per multa loco-  
rum spatia, Mater nolta  
Ecclesia, non uno item re-  
gionis termino circumscripta definitur, est ubi gau-  
det secura sine cura; est ubi pavet timida cum mens;  
est ubi mœret tristis cum luctu; triumphat supra ter-  
ram, militat in terra, patitur sub terra. Illic est do-  
mestica, hinc peregrina, ibi captiva: istic est in do-  
micilio, hinc in diversorio, illic in ergastulo; quapro-  
pter una, gaudii ob beneficia; altera, timoris ob peri-  
cula; postrema, mœroris ob supplicia, affectus data  
est, omnibus concitare. Heri, dum cogitatione  
intravimus domum Domini, velificati fuimus af-  
fectui gaudii; hodie descendamus de cœlo ad infe-  
riora terræ, ut quid illic, qui terrena sapuerant, pa-  
tiantur, nos ne patiamur, illorum damno intelliga-  
mus. Nunquam qui olim fuerant stulti in culpa,  
prudentiores fuerunt, quam in pœna: ne simile nos  
insipientes patiamur tormentum, modò prudenter  
caveamus peccatum. Quid illic non patitur anima,  
ubi quidquid hinc homo potest pati, cum illis com-  
paratum, quæ illa patitur, vix esset materia patien-  
di? In illis cernitur jus ad cœli bona, cum extrema  
penuria, viva, & erecta spes, cum longissima, &

CIV.